



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CXIV. Bischof Johann von Havelberg ertheilt den Wohlthätern der Nicolaikirche in Perleberg einen Ablass, im Jahre 1392.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

**CXIII. Bischof Johann von Havelberg genehmigt die Stiftung des Altars St. Bartholomäi und Mathia in der Pfarrkirche zu Perleberg, im Jahre 1391.**

In nomine domni Amen. Nos Johannes, dei gratia Episcopus ecclesie havelbergensis, Vniuersis et singulis christi fidelibus, ad quos presentes peruenerint, Salutem et sinceram in domino caritatem. Quoniam ea, que ad laudem dei et eius cultus augmentum provide facta nouerimus, vt firma et stabilia permaneant, nostre pontificalis auctoritatis expedit presidio communiti; Ideoque tam presentis quam futuri temporis hominibus cupimus fore notum, Quod discreti viri domini Gherlacus et Nicolaus, fratres, dicti gherlaci, necnon Cristianus Noyden, presbiteri, ad amplificandum diuini officii cultum, altare in honore sanctorum Bartholomei et Mathie apostolorum de nostra ac discreti viri domini Johannis bomhower, plebani in Perleberghe, voluntate et consensu intra ecclesiam Parochialem opidi Perleberghe de nouo construxerunt et erexerunt, Ipsumque altare dotauerunt quatuor marcarum brandenburgensium redditibus, soluendarum singulis annis per consules opidi lentzen de fructibus, redditibus, prouentibus et obuentionibus opidi prenominati in argento vel earum estimatione de alia moneta, in terra Perleberghe vsualiter et communiter currente. Jus vero presentandi ydoneam personam ad dictum altare, quotiens ipsum vacare contigerit, sibi predicti domini quoad vixerint retinuerunt et expresse reseruauerunt. Quibus de medio sublatis domini Jus presentandi in perpetuum ad consules opidi Perleberghe debere pertinere voluerunt et ordinauerunt. Et si consules opidi lentzen se ab annua solutione dictarum quatuor marcarum exonerauerint ac ipsas, prout possunt, ex forma contractus reemerent, extunc consules opidi Perleberghe taliter ordinare et disponere debeant, vt altaris dicti altaris suis redditibus nullo tempore currente careat, Et vt cum pecunia soluta quatuor marcarum redditus per eosdem consules opidi Perleberghe in perpetuum comparantur. Volumus etiam vt altaris dicti altaris obsequialis esse debeat plebano in Perleberghe, qui pro tempore fuerit, secundum laudabilem consuetudinem, quemadmodum alii altaris esse consueuerunt et de iure tenentur. Nos quoque dicti altaris erectionem, dotationem ac Juris patronatus retentionem in singulis suis clausulis gratas et ratas habentes, eas auctoritate nostra ordinaria approbauimus et in dei nomine confirmamus per presentes. In cuius rei testimonium presentes nostras literas nostri sigilli appensione iussimus communiti. Datum wistok, anno domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo primo, In octaua Natiuitatis Marie virginis gloriose.

Nach dem vom Superintendenten Liesegang in Perleberg mitgetheilten Originale.

**CXIV. Bischof Johann von Havelberg ertheilt den Wohlthättern der Nicolaiskirche in Perleberg einen Ablass, im Jahre 1392.**

Johannes, dei gratia havelbergensis ecclesie Episcopus, Vniuersis et singulis christi fidelibus nostre diocesis, ad quos presentes nostre littere peruenerint, salutem in domino sempiternam. Splendor paterni luminis, qui sua mundum ineffabili claritate illuminat, pia vota fidelium, de clementia maiestatis pie sperantium, tunc precipue fauore benigno prosequitur, cum debita ipsorum humilitas sanctorum meritis et precibus adiuuatur. Cupientes igitur ut Ecclesia Beati Nicolai Episcopi et confessoris Opidi perleberghe nostre diocesis congruis honoribus frequentetur et a christi fidelibus iugiter ueneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam Ecclesiam cum deuotione accesserint et



eius Cimiterium orando circumierint, Necnon qui ad fabricam dicte ecclesie, luminaria, libros, vestimenta seu queuis alia ornamenta necessaria manus porrexerint adiutrices aut qui eidem ecclesie aurum, argentum vel aliquid suarum facultatum in suis testamentis vel extra legauerint, donari vel legari procurauerint, vel qui vectura curruum aut aliquocumque modo fabricam ecclesie antedictae promouerint cum effectu ac qui ipso die dedicationis ipsam ecclesiam cum deuotione uisitaerint et coram reliquiis in dicta ecclesia contentis flexis genibus deuote orauerint, Necnon qui eodem die sustentationi ecclesie manus suas porrexerint adiutrices, quotienscumque et quandocumque premissa seu aliquid premissorum deuote fecerint; de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum eius auctoritate confisi, Quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentis misericorditer relaxamus. Datum wylfnaek, anno Domini Millesimo CCC<sup>o</sup>. XCII<sup>o</sup>.', feria tertia post festum michaelis, nostro sub secreto.

Nach dem vom Superintendenten Liesegang in Perleberg mitgetheilten Original.

**CXV.** Der Bürger Hans Radelof zu Perleberg verkauft Hebungen aus den Mühlen dem Rathe daselbst, im Jahre 1393.

In gades namen amen. Weten scoelen alle crysten lude, de dessen bryff zeen, horen edder lezen, dat yk hans Radelof, borgher tu perleberghe, myt wolbedachten mode vnde myt vryen willen, nach rade vnd myt vulbort myner eruen vnde vrunt, hebbe vorkoft vnde ieghenwardyck vorkope myt kraft deses bryues, den bescheyden luden den radmannen vnde den meynen borgheren der stad perleberghe vnde eren nakomelinghen zouen wispel rokghen paches myt deme gherychte, dar zy dat leen ouer hebben vnde den eyghen, alle jar uptunemende vt den beide molnen, dy da lyghen in der molne tu perleberghe, vnde drie wispel rokghen paches myt deme gherychte, dryen wispel vptonemende alle jar vt der nyghe molne, dy licht buten der stad perleberghe, dar dy hilghe gheyste dat leen ouer heft vnde den eyghen. Desse teyn wispel rokghen paches vorbenomet vorkope yk em mit dem gherychte hogheste vnde zydeste, wo me dat benomen mach, myt watere, myt flud, myt stowynge, myt scuttinghe, myd den grunt, myt vrucht vnde myd allen tubehorynghe, myt vryheyt vnde myt aller rechticheyt, also myen vader my dat gheeruet heft vnde yk vort bezeten hebbe fredeliken bette an desse tyet, zunder iennygherleye hynder: vnde yk wil vnde myne eruen em des benomeden paches eyn recht ware wesen vor alle dyghenen, dy vor recht komen willen vnde recht nemen vnde gheuen willen. Ok vorlate yk vnde myne rechten eruen den benomeden radmannen vnde eren nakomelinghen der stad tu ghude den vorforeuen pacht myt deme gherychte, alz yd vorbenomet ys, vnde alle Rechticheyt, dat yk vnde myne eruen ghehad hebben ofte hebben mochten in tukomenden tyden an deme vorbenomeden pachte. Vor dessen vorforeuen pachte myt deme gherychte, alz id benomet ys, hebben my ghegheuen de benomeden radmanne tu perleberghe vor eynen yslyken Wispel twyntich mark zuluers wol tu dancke an reden ghelde, dat my ghenoghet. Tughe deses kopes synt ghewezen radmanne des ieghenwardighen iares, Clawes grymme, tzabel bode, borghermester, hans wessel, kone noyden, clawes van der necze, merten varnow, clawes deghener, clawes postelyn, hans kalcarnd, hans herbrecht radmanne des iares vnde peter bukholt, heyne vrome, peter buls, ghereke tzachow, tzabel rode, tyde glewmann, ghereke ftezow, clawes gramtzw, olde radmanne der benomeden stad perleberghe. Tu groten be-